

## TABULA CENTESIMA SEPTUAGESIMA SEPTIMA.

**H**elleborine, florum foliis maculosis & longissimis. *Plum. Cat. p. 9.*

**EPI D E N D R U M** foliis radicalibus, lanceolatis, nervosis; petalis maculatis, caudatis; duobus longissimis, erectis.

**Planta** parasytica, radices agens vermiformes, prorepentes, quibus supra arbores prorepit.

**Folia** radicalia, crassa, nervosa, bina connata, erecta, lanceolata.

**Scapus** simplex erigitur nudus, cinctus aliquot squamis erectis, acutis, quæ superius desinunt, ubi flores proveniunt.

**Flores** hi mirabilis sunt formæ, eleganter maculati, quorum petala tria caudata, bina nempe horisontalia brevissima, inferius dependens, longius, bina reliqua, seu superiora longissima, erecta, subulata: Cucullus in ipsorum centro locatur; stamina cum germine tenens, ita ut hæc planta sit distinctissima a reliquis congeneribus petalis maculatis, tum & caudatis, longissimisque erectis; nec ab ullo alio observata auctore, uti & plures hujus generis subsequentes.

**Fruetus** est siliqua oblonga, carnosæ, quinque sulcata, petala emarcida supernæ gerens, qualis delineata in inferiore Tabulæ parte conspicitur.

T A-